בִּכֵּר *Verbum in Piel*, Instituere primogenitum. *i.* dare ius primogeniti: *Deut.* 21, 15. Afferre primitiua. *Ezech.* 47, 12. *In Hiph.* Primogenitū parere: *Ier.* 41, 30. *Pual* Primogenitari, *vt ita dicam*, Offerri primogenitum: *Leu.* 27, 26.

בִּכּוּרָה *&* בִּכּוּר Fructus primitiui, maturi, primitiæ. *& cum* ה *mappic Isaia* 28, 4. *In plurali* בִּכּוּרִים *Est & plurale, Ier.* 24. 2.

בָּטַל Desinere, cessare: *Eccl.* 12, 4. *alibi non inuenitur.*

בֶּטֶן Venter, vterus: *& metaphoricè* locus medius: 1. *Regum* 7,19. *Cum affixo*

בִּטְנוֹ Venter eius: *&c.*

בָּטְנִים *Gen.* 43, 10. Pina .i. fructus arboris pini: *vel* terebinthina resina. *Al.* nuces auellanæ *Hier.* terebinthi.

ביב. *A quo fit* **נָבוּב** Vacuus, *aut* vacuatus, *ex Niph. cum surec loco holem: Iob* 11,11. *sic Exod.* 27,7.

נְבוּב Vacuum (tabularum.)

בין *A quo fit* **בִּין** Intelligere, animaduertere, intendere, considerare.

נָבוֹן Intelligens, intellectu præditus: *Benoni ex Niphal.*

הֵבִין *Hiph. est plerunque transitiuum:* Intellexit, *aut* intelligere fecit. *Hithpael intrāsitiuum Isa.* 1, 3.

בִּינָה תְּבוּנָה Intelligentia, prudētia: *Iob* 28, 12. *& Deut.* 32,28.

תְּבוּנוֹת בִּינוֹת *in plurali.*

בֵּין Inter: *quod interdum est geminatum, interdum solum; vt*

בֵּין הָאוֹר וּבֵין *&c.* **בֵּין מַיִם** *&*

לָמַיִם *Gen.* 1. 4. *& 6. cum* ל *loco alterius* בין: *nam* ו *non sufficeret: sic Deut.* 17. *Interdum ei* ב *præponitur. vt Isaiæ* 44, 4.

בֵּינוֹ *Cum pronominib.* Inter eum. **בֵּינִי** Inter me, *etc.*

בֵּינוֹת *Plural. fem. Gen.* 42, 21. *Ezec.* 10, 2. *recipit etiam affixa vt singulare.*

בֵּנַיִם Inter duos .*s* stās: *vel* ambos, *nempe inter Pelistim & Israel: vel* inter duas acies. *Hieron.* Spurius.

בֵּיץ *Vnde fit* **בֵּיצָה** Ouum. *cuius plurale Deut.* 22,6. *& Isaiæ.* 59, 5.

בֵּיצִים *nam singulare in sacris non inuenitur.*

ביר *vnde fit* **בִּיר** Puteus: *idem quod* באר: *Ierem.* 6,7.

בִּירָה Aedes, palatiū, templum: 1 *Par* 29,1.

בִּירָנִיּוֹת Palatia: 2. *Paral.* 17, 11. *vel* Basilicæ, *vel* palatinę, *scilicet* vrbes.

בַּיִת *Et in regim* **בֵּית** *Masc. gen.* Domus, familia. Auium nidus: *vt Psal.* 84, 4. Carcer: *vt Isa.* 14, 18. & sepulcrum. [Intra, *vel* intrinsecus. *Ezech* 1, 26. *& cum* מ

מִבַּיִת *Exod.* 25, 11.] Locus: 1. *Reg.* 18, 31, *& Iob* 8, 15.

בַּיְתָה Ad *vel* in domum.

בָּתִּים *plur. Exod.* 1, 20. Domus .i. filij domus. *Item* 25, 27. Intra. *R. D.* Loca. *vel* loculi. *Præterea* Cortinæ: *seu* Tentoria. 23, 7. *Hieron.* Domunculæ.

בָּתֵּי *quoque* ornamenti genus, *quod* pectorale *vocant, quod suspēdebant mulieres inter vbera super pectus suum, inquit R. Dauid: vt Isaiæ* 3, 18.

בָּתֵּי נֶפֶשׁ Domus animæ. *id est,* pectoralia desiderij, *quod essent desiderabilia.*

בִּיתָן Palatium: *nam palatium est domus magna & honorabilis: Esth.* 7,7.

בָּכָא Morus arbor: *Psal.* 84,7. *Quidam hic* vallem in qua stillat aqua, vt lacryma ab oculis, *exponunt, à* בכה flere. *Hieron.* Fletus. *Plural.*

בְּכָאִים 2. *Samuel,* 5. *Hieron.* pyrorum

בִּזָּאוּ *Isa. 18,2. quanquam R D. radicē putat* בזה*, & א poni vice ה*]

בִּזָּה & בַּז Præda: *Esth. 9, 10. & Isa. 10,6.*

בָּזָה Spernere, contemnere: *Num. 15, 30.* [*Illud*

לִבְזֹה ad spernendum: *Isa. 49,7. est infinitiuus, licet nomen Toar esse posit,* Ad contemptum & contemptibilem. *vel ponitur vice particip. paßiui.*] *Niph Isa. 53, &c. Hiph Est. 1.*

בִּזָּיוֹן Contemptus, despectio, *ibid. Et nomen cum Nun & Mem præpositis,* † Contemptibilis: *1. Sam. 15,9.*

נִמְבְזָה

בָּזָק Fulgur, coruscatio: *Ezech. 1, 14. Hoc verbum apud doctores Hebr.* Dispergere *significat. Quidam volunt esse re*splendentiam ignis, quæ fit ex ore fornacis.

בָּזַר & בִּזֵּר *In Cal & Piel* Dispergere: *Dan. 11, 23. & Psal. 68, 31.*

בָּחַל Tędio, *vel* angustia affici: Abominari, horrori esse. *Hieron.* Variare: *Zach. 11,8. & nusquam alibi in sacris.*

בָּחַן Probare, periculum facere, experiri, tentare, examinare. *Psal 17,3. & 81,8. Niph. Iob 34,36.*

בֹּחַן Probatio: *Ezec. 21,8.*

בָּחוֹן Munitio, turris, arx: *Ier. 6, 27. vbi Hieron.* probator.

בְּחוֹנִים *Plurale Isa. 23. 13, cum surec, & ב cum pathah.*

בַּחַן & בֹּחַן Munitio: *&c. Isa. 28, 16. & 32, 14.*

בָּחַר *Cal,* Eligere *frequentius cū* ב*, aliquādo cum* את*, & interdum sine litera seruili construitur: Deu. 7,6. Psal. 47, 5. & 119,*

172. Niph. Pro. 8,9. Pual Eccl. 9,4. vbi scribitur **יְבֻחַר** *sed legitur* **יְחֻבַּר** sociabitur.

בָּחוּר בָּחִיר בַּחוּר Electus; iuuenis: *sic appellatus, quòd sit electus ad omne opus, ad bellum potius quàm senex. In regim. & plurali duo priora habent seua sub* ב*, postremum pathah retinet.*

בְּחוּרִים *vel* **וֹת** Iuuentutes, *pro* iuuentus: *Num. 11, 28. Eccl. 12,1.*

מִבְחָר & מִבְחוֹר Electio: *Gen. 23,6. 2 Reg. 3.*

מִבְחָרָיו Electiones. i. electi eius: *Dan. 11, 15.*

בָּטָא *In Piel,* Proferre; pronunciare, exponere: Aperire os: promittere: *Leuit. 5,4. Psal. 106,32. Et in Cal*

בּוֹטֶה Proferēs, *cū* ה *vice* א *Pro. 12.*

מִבְטָא Pronunciatio, promissio: *Numer. 30,7.*

בָּטַח *In Cal* Fidere, fiduciam habere, confidere, sperare. *In Hiph.* Fidere fecit. fiduciam tribuere, promittere: *Ier. 28,15.*

בֶּטַח Fiducia, securitas, spes: *Prou. 10, 9.* [*& assumpto* ל Confidenter: *Leu. 25,18.*]

בִּטְחָה בִּטָּחוֹן מִבְטָח *Idem, Isa. 30, 15. 2. Reg. 18, 19. Psal. 65, 5. &*

מִבְטָחָם *cum* ט *sub:* fiducia corū. *Ier. 48,13. In plural.*

בַּטֻּחוֹת **מִבְטָחִים** *Extat & aliud plur.*

בַּטּוּחָה *Iob 12,6.*

אֲבַטִּחִים Pepones: *Num. 11, 5.* א *est nominis constitutiuum: vel est nomen quadratum.*

בטל

הַבּוּסָה & מְבוּסָה Cõtemptus, conculcatio.

בּוּץ Byssus, *siue* linum, subtilissimum *scilicet*. 2. *Par.* 2.

בּוֹץ Lutum: *vide* בצץ.

בּוּק Euacuare multitudine spoliorum & prædarū, populari, deprædari, diripere: *Nahum* 2, 10. *vbi duo*

מְבוּקָה בּוּקָה *sunt participia: prius ex Cal; alterum ex Piel, nisi malis esse nomina*, Vacuitas & euacuatio.

הִבּוֹק *Makor Niphal Isaia* 24, 3. *vide* בקק.

בּוֹר *Masc. gen.* Cisterna, *in qua aqua non scaturiunt (vt in* באר *puteo, siue fonte) sed colliguntur*: *Exod.* 21, 33. [Carcer: *Ier.* 37, 15. Sepulcrum: *Psal.* 28, 1. *Ezech.* 31, 15.] *Plur.*

בֹּרוֹת 2. *Par.* 26, 10.

בֹּאר *cum* א *quiescente in cholem*. 2. *Sam.* 23, 20.

בּוֹשׁ *Cal & Hithp.* Rubore suffundi, erubescere. [Morari, cunctari, *iuxta R. D.* 2. *Reg.* 8, 17. *& Iud.* 3, 25. *vt*

בּוֹשֵׁשׁ *in Poel: Exod.* 32.]

בּוֹשׁ *Toar*, Confusus: *Ier* 48, 38. *vel est præteritum. Futurum*

אֵבוֹשׁ *videtur p tius esse à* יבש: *nam* אֵיתָן *veniunt cum* ״. *Hiph sæpius est transitiuum*

הֱבִישׁוֹת & הֵבִישׁ הֱבִישׁוֹתָה.

בֹּשֶׁת בֹּשָׁה בָּשְׁנָה Confusio, pudor: *Psal.* 89, 46. 35, 25. *Hos.* 10, 6. *Et cum affix.*

בָּשְׁתִּי.

מְבֻשִׁים Verenda, *vel* testiculi qui sunt in loco pudoris: *Deut* 25, 11.

בָּזַז. Spoliare, prædari, diripere. [*& cum* א *vice* ז,

eo quòd ab anno sequente prouenturus est. nam quod est anni præteriti, vocatur עבור.

תְבוּאוֹת *in plurali*.

בּוּז *Cal*, Spernere, cõtemnere: *Zach.* 4, 10. *vbi* בז *est cum* ־ *præter morem. & Iob* 12, 5. *vbi*

בּוּז *potest esse nomen*, Contemptus, *siue* despectio: *velut*

בּוּז בּוּזָה *cum* ה. *Psal.* 31, 20. *& Neh* 3, 36.

בּוּךְ Cõfundi: perplexum esse. *hinc in coniugatione Niphal*,

נָבֹכוּ Confusi sunt: *Ioel* 1, 17. *Hieron.* Mugierũt. *& Benoni*

נָבוֹךְ *cuius plurale cum* ״ נְבֻכִים Cõfusi: *Exo.* 14, 3

מְבוּכָה Confusio. *Isa.* 22, 5. *Mich.* 7, 4. *Hieron.* Fletus, vastitas.

נִבְכֵי *vide in* בָּכָה.

בּוּל *R. Ion.* Lignum *vel* arbor. *R. D.* Quicquid profert terra, vt herbam, arborem. *Aut* arbor, vt ramum, *&c. Isa.* 44, 18. *vide* יבל, *quam nonnulli dicunt esse radicem. Item* nomen mensis מרחשון October: 1. *Reg.* 6, 37. *à* מבול. *i diluuio, siue inundatione pluuiarũ quæ tũc descendũt.*

בּוּס Spernere: Calcare, conculcare: Polluere, inquinare: Diripere: *Isa.* 63, 6. *Pro.* 27, 7. [*Illud Zach.* 10, 5.

בּוֹסִים Conculcantes. *s inimicos in luto: vel* Conculcati, polluti, *in luto &c. potest actiuè & passiuè exponi.*]

בּוֹסֵס *Poel, Idem: Ierem.* 12, 19. *& Am* 5, 11. *vbi* ש *pro* ס *ponitur. Et in Hithp. Ezech.* 16, 17.

מוּבָס (Cadauer) conculcatum, despectum, *&c. Isa.* 14, 19. *est participium Hiphil.*

בְּהֵמוֹת [*sed Iob 40, 14. particulariter capitur:* vnum ex animalibus sic apellatum: *sic* 12,7. *vt nonnullis placet.*]

בְּהֶמַת *in regim. singulari, &* בְּהֶמְתּוֹ *cum affixo. à forma alia* בְּהֵמָה.

בֹּהֶן Pollex: *Exod.* 29,20. *Plur. fe. Iudic* 1,6. בְּהוֹנֹת *à* בְּהוֹנָה.

בֹּהַק Lentigo, macula alba: genus plagæ albæ; *à splendore & claritate deductum: Leu.* 13.

בָּהַר *Vnde fit* בָּהִיר Album, splendidum, candidum: *Tharg.* scintillans & splendens: *Iob* 37, 21.

בַּהֶרֶת Genus plagæ candidæ & splendentis, vt nix: *Leu.* 13, 2. *Plurale* בֶּהָרוֹת.

בּוֹא Ingredi, venire: Occumbere, Coire. *Hiphil*

הֵבִיא Adducere, introducere, [*aliquādo* א *perditur, vt* 1. *Sam.* 25,8. 2. *Paralip.* 10, 13. 2. *Sam.* 5, 2. *& Ierem.* 19,15. 1. *Reg.* 21, 29. *&c.*]

הוּבָא Illatus est, *in Hoph. Leu.* 16, 27. *& Gen.* 33, 11. הֻבָאת adducta est.

מוֹבָא *&* מָבוֹא *&* בִּיאָה Introitus: *Ier.* 38, 13. *& Ezech.* 8,5. [Occasus: *Zach.* 8,7.]

מְבוֹא *in regim.* מְבוֹאִים *&* מְבוֹאוֹת *in plural. Cui adduntur etiam*

בָּא *&* מֶבִיא *Ezech.* 42, 9. 2. *Reg.* 23,11. *& Ps.* 121,8.

תְּבוּאָה Prouentus, fructus: *Psal.* 107,37. *comprehendit hoc nomen omnem fructum comestibilem, teste D. K. vocaturq; sic, eo quòd*

erit sensus.

בְּדִיל Stannum: *Zach.* 4,10. *Plur. cum affixo, Isa.* 1,25. בְּדִילָיִךְ stanna tua.

בָּדַק Restaurare, resarcire fracta & diruta: *à scrutando (nam hoc verbum Hebræis doctoribus* Scrutari *est) deductum. semel inuenitur* 2. *Par.* 34,9.

לְבַדֵּק † Ad instaurandum.

בֶּדֶק Locus fractus ac dirutus; rima: 2. *Reg.* 22, 6. *Cū affixo Ezech.* 27. בִּדְקֵךְ.

בהה *vnde fit* בֹּהוּ *cum* ו *loco* ה *radic.* Vacuū, inane, *aut* vacuitas: *Genes.* 1, 2. (*est forma quæ dat esse materiæ*) *vide* תהו.

בַּהַט Genus lapidis duri similis marmori: Porphyretes. *Tharg. & al.* Crystallus: *Esther* 1, 6. *Hieron.* Smaragdus. *Arabicè* בלנש.

בָּהַל *Niph.* Terreri, turbari: 1. *Sam.* 18, 28: *& Isa.* 21, 3. [Festinare: *Soph.* 1, 18. *sic Prouerbiorum* 28,22. *vbi Benoni habet* ב *cum* ־ׇ: *loco seua.*

נִבְהַל *Piel,* Terrere: *Iob* 22, 10. [Festinare, accelerare: *Eccl.* 5,1. *&* 7, 20. *Prou.* 20, 21. *sed Ezr.* 4, 4. *est transitiuum.*] *In Hiph.* Terrere & Festinare facere.

בֶּהָלָה Festinatio, terror: *Leuit.* 26,16. *Psal* 78, 33. *Isa.* 65. 23. *Plural. Ierem.* 15. בֶּהָלוֹת.

בהם *vnde fit* בְּהֵמָה Animal, generale nomé sub vtroque genere, vtrumque comprehēdens sexū. *Plur.* בְּהֵמוֹת *&* בַּהֲמוֹת.

בָּדָד Commun. gen & vtriusque numer. Solus,a,um: Leu.13,45. & cum לְ, Mich.7,14.

לְבָדָד Solitariè seu seorsum, vel tutò: & sine altera ד, לְבַד Zacharia 12.etc.

בַּד בְּבַד יִהְיֶה Exod. 30, 33. Tantum cum tāto erit: .i.tantum de vno quantum de altero: vel vnum cum vno .i. seorsum. vel, pondus sicut pondus .i. pondus vnius sicut pondus alterius erit: vel quod vniuscuiusque pondus sit seorsum, vt habet Tharg. Hier. AEqualis ponderis erunt omnia.

לְבַד Cui subiungitur sæpe dictio consignificans מן à, aliquando integra, aliquando defecta litera ן.

מִלְּבַד Præter: 1. Reg. 5, 16. & Num. 28, 23. Cū affixis habet daghes ob defectū alterius ד,

לְבַדּוֹ Solus ipse, &c. Verbum in Cal, Solum, solitarium, & vnicū esse: vt Isa.14,31.

בּוֹדֵד Vnicus, solitarius, etc.

בָּדָא Mentiri, educere mendacium è corde, & cogitatione ad os: 1. Reg.12,33. & Neh.6, vbi בּוֹדָאם ponitur pro בּוֹרְאָם.

בָּדַל In Niph. Separari. & Hiph. Separare, diuidere: Ezr.9,1 et Deut.29,21. [Iosue 16, 8. extat Participium Hiphil הַמִּבְדָּלוֹת cū מ hiric pro : habente, nisi sit adiectiuum.]

בְּדַל אֹזֶן Extremum auris .i. superior pars auris quæ est dura. Ham 3. vel Diuisio .i. particulá auris vel altera ex aurib. à בדל Diuidere. potest & venire à דל .i. tenue, vt ב sit seruile: & idem eit

qui nobis fidebat: Mal. 2, 10. & 14. Hos. 5,7. Spernere: vt Ps.73.14. Construitur sæpius cum ב, & etiam cū מ.

בְּגִדָה & בֶּגֶד Præuaricatio: Isa. 24, 16. Ierem. 12. 1. Soph. 3, 2.

בְּגוֹדָה Præuaricatrix: Ier. 3, 6. & 9. secundum normam ב deberet esse cum seua.

בֶּגֶד Masc. & fem. Vestis, vestimentum, pannus: Leu 6, 10. et 27:13,46. Plur. masc. בְּגָדִים & בִּגְדֵי 2. Reg. 7. &c, & fem. בִּגְדֹתֶיךָ Psal.45,9.

בַּד Linum. Exod. 28, 41. cuius plurale. בַּדִּים Ezech. 9, 2. Mendaciū, mendax: Isa. 44, 25. & Ier. 50, 36. vbi per mendaces, diuini aut pythones intelliguntur. [Iob 41, 5.

בַּדָּיו mendacia eius, vel fortitudines; vel potius Mēbra eius .s. fortia.] & Ier. 48, 29. vbi quidam, Filij eius, exponunt. Vectis: Exo.25, 28. Ramus: Ezech. 17, 6. & Membra hominis, vel filij, eo quòd sint hominē veluti rami arboris: Hos.11, 6. (vbi R.D. ramos eius .i. villas exponit) & Iob 18,13.

בַּדֵּי significat etiam idem quod בְּ. In, (ex ב & די syllabica adiectione, rei magnitudinem, teste R.D. & eius continuationem significante, quanquam aliis nihil significare videtur, compositum) Iob 17, 15. vbi quidam latera, al. membra .s. corporis mei. alij radices, exponunt.

בַּדֵּי Idem: Ier.51,57. & Iob 39,22. de quo vide etiā דַּי.

Ierusalem. *Quidam*, ostendā eis *exponit, quasi* אראה להם.

ארגז Arca, capsa: 1. *Sam.* 6, 8.

אגרטל Vas in quo ponitur aqua ad lauandum manus. *Plurale* Ezr. 1, 9.

אגרטלי Pollubra, phialæ.

אדרכן Genus monetæ notæ apud eos, *inquit* R. D. *cuius plur.* 1. *Paral.* 29. **אדרכנים**. *Hieron. nunc* drachma, *nunc* solidus.

אחשדרפנים Principes magni qui manent iugiter ante regem, & eius vident faciem: *Esth.* 9, 3. *Ex* אחש *Syriacè* magnus; *&* דר manere, *&* פנים facies. *Hieron.* Satrapæ.


אחשתרנים Muli. R. D. animalia magna & honorabilia ex duabus speciebus, equa & asina: *Esth.* 8. *ex* אחש חרין duo, *&* ים *signo plur.*

אלגביש Lapis grādinis magnus: Ezechiel. 13, 11. Grando.

ארגמן *& cum Vau loco Mem*

ארגון Purpura, color rubeus (*ait* R. D.) carmesinus. 2. *Par.* 2.

ארנבת *vide in radice* רנב.



LITERA ב

בבת *& cum vno* ב בת Nigrum oculi in quo cōspicitur imago, pupilla: *Zach.* 2, 11. *& Psal.* 17, 8.

בבה *potest esse absolutum. vide* בבה *in* בבת.

באר *In Piel*, Explanare, exponere: *Deut.* 1, 5. *&* 27, 8.

ביאור Explanatio, declaratio: *quāuis in sacris non inuenietur.*

באר *Femin. gen.* Puteus, *effossus scilicet, vbi est aqua viua scaturiens & clara.* (*Et cum* א *quiescente in cholem: vide* בור) *Genes.* 21, 28. *Plur.* בארות *&* בארות 14, 11.

באש Fætere, putrescere: Exod. 7, 21. *Idem in Hiph.* 16, 27. *& Psa.* 38, 6. *at transitiuè* Fætere facere: Exod. 5, 20. *& Eccl.* 10, 1. *sic* 1. *Sam.* 27, 12. *quanquam intransitiuè etiam potest exponi. Niph. et Hithp.* Abominabile esse: 1. *Sam.* 12, 9. Rem fœdam facere. 2. *Sa.* 10, *et* 1. *Par.* 19.

באש Fætor: *Amos* 4, 10. *& cū affi. ab hac forma* **באש**

באשו *Ioel* 2, 19. Fætor eius; *et Isaiæ* 34, 3.

באשה Labrusca: vua fætida ac vilis: *vel est* spinarum genus per se: *Iob* 31, 38. *Hier.* Spina.

באשים *Plur.* † *Isa.* 5, 2.

בג Cibus: *Danielis* 1, 8. *& Ezech.* 25, 7.

בגד Præuaricari, transgredi: Perfidè agere. Fallere, fraudare, mentiri socio

אִתּוֹ Cum eo, super eum: *primi Regum* 7.

אֹתְךָ *vel* אוֹתְךָ Te, tecum. אִתְּךָ Tecum, *&c. de quibus vide Grammaticam.*

אַתָּה *& aliquando sine* ה אַתְּ *fem. gen.* He, Tu, *masc.g.*

אַתֶּם Vos: *&* אַתֵּנָה *&* אַתֵּן *fem.*

אֵת Ligo, *aut* marra. *& cum affixo* אִתּוֹ 1. *Sam.* 13, 19

אִתִּים *&* אֵתִים *in plurali*, Ligones.

אָתָה *Cal*, Venit: *Isa.* 21, 12: *& vers.* 13. הֵתָיוּ Venite, *cum* ה *vice* א. *& vers.* 14 † Venite.

אֵתָיו *Futurum sic inuenitur:* יֶאֱתֶה Veniet. *&* 41, 25. *& Deut.* 33, 7. וַיֵּתֵא Et venit. וַיֵּאת

אֹתִיּוֹת Ventura: *Isa.* 41. 23.

אָתוֹן Asina: *Num.* 22, 23. *& 30. In plur.* אֲתֹנוֹת

אַתִּיק *vide* נתק. אֶתְנַן *vide* תנה.

אַתַּרִים *vide* תור.

DICTIONES QVAE EXCEDVNT TRES LITERAS.

אַבְנֵט Balteus, cingulum feminum: *Isa.* 22. *& in plurali numero* אַבְנֵטִים 28, 40.

אֲבַעְבּוּעוֹת אֲבַטִּחִים אֲרִיאֵל *Vide* בטח בעה ארה.

אַרְאֵל Angelus: Magnus, fortis: *Isaiæ* 33. 7. *vbi exponendum est*, Angelus eorum. *idem ferè quod* אַרְאֶלָּם אריאל. *Hieron.* Vidětes. *Aben Ezra*, Ieru-

bialiter sumi, vt sit idem quod Feliciter & beatè. *q. d.* prosperè agitur cum eo vel eis *&c.*

אָשַׁר *in Cal*, Intueri: *Prou.* 9 *vel potius* Gradi, incedere *vt habet Hier. & Heb omnes.* (*Hos.* 13.

אֲשׁוּר Aspiciam. *vbi* א *est signum primæ pers. vt Num.* 23, 24. *de quibus vide* שור.)

אִשֵּׁר *in Piel* Beatificare, beatum dicere: *Gen* 30, 13. Ambulare: *Pro.* 4, 13. Dirigere, ducere: 23, 19. *sic Isa.* 1, 17. 3, 12: *&* 9, 16. *vt* א *sit pro* י, *à* ישר.

אֹשֶׁר Beatitudo: *cum affix.* בְּאָשְׁרִי In felicitate mea: *Gen.* 30.

אֲשׁוּר *&* אַשֻּׁר Via, pes, semita, gressus: *Iob* 23. *&* 31. [*& Ps.* 17, 11. *vbi* ב *.i.* in, *subauditur.*]

תְּאַשּׁוּר Species cedri. Q. Abies: *vel* buxus (*vt Hieron.*) *al.* Brisilium: *Isa.* 41, 19.

[בַּת אֲשֻׁרִים Filia .i. Congregatio Assyriorū. *Eze.* 27, 6. *Tharg. exponit duas dictiones per vnam: nempe* buxea *vel* abiegna. *Hieronym.* De ebore Indico, & prætoriola.]

אֵת *&* אֶת *idq; cum linea macaph*, Articulus accusandi casus, *sæpius: sine* nominandi, *vt Exod.* 10, 3. personā notans patientem. A, ab, ex: *Genes.* 44, 3.

עִם Cum: *Isa.* 28, 15. *&* 40. 13. Ad & loco ל signi datiui: *Leu.* 13, 48. Super, aduersus: *Ier.* 15, 11.

אוֹתוֹ Ex hoc *fiunt pronomina*, Ipsum, cum eo, ex eo.

אַשְׁמוֹת & אֲשָׁמוֹת *in plurali.* [*Isa.* 59,10.

אַשְׁמַנִּים Loca desolata .i. sepulcra: *ut* נ *redundet.*]

אַשָּׁף Astrologus· *R. Abr.* Medicus qui brachij pulsu, aut vrina cognoscit alterationē corporis, & multitudinem somniorum.

אַשָּׁפִים *Hieron.* Magus. *Dan* 2. *in plurali.*

אַשְׁפּוֹת & *sine* א הַשְׁפּוֹת Stercus, fimus: *Nehem.* 3,14

אַשְׁפַּתּוֹת Stercora. *plurale Threnorum* 4,5.

אַשְׁפָּה Pharetra: *Iob* 39, 29.

אֲשֶׁר Qui, quæ, quod. Quēadmodū: *vt Exod.* 34, 18. 2. *Sam.* 14. *&c.* Si: *Leui.* 4,22. Sic, imo: 1. *Sam.* 15,20. Vt: *Deut.* 4,40. Eo quòd: 1. *Reg* 15, 11. Et: *Hos.* 12,9. *secundum R. Dauid. & Ecclesiast.* 5, 17.

כַּאֲשֶׁר *cum* כ Quemadmodum; *Gen.* 21,1. Quantum: 44, 1. Quantò magis: *Exod.* 1,12. *Et cū præpositione* ב,

בַּאֲשֶׁר Eo quòd: *Gen.* 39,9. *&* 21, 16. In quo .*s.* loco. *& Ruth* 1, 17. *& sic de ceteris.*

אֲשֵׁרָה Lucus, omnisq; arbor quæ colitur aut plātatur ad gloriam alicuius Dei. *Plural. masc & fem.* 2. *Reg.* 33. *&* 2. *Paralipom.* 33.

אַשְׁרֵי Beatus, felix, *tam vni quàm pluribus seruit. Vel,* Beatitudo, *aut* beatitudines, *vt volunt alij: nomen plur. in regim. Deut.* 33,29. *cū affixo,*

אַשְׁרֶיךָ Beatitudines tuæ.i. beatus es. *Alij malunt aduerbialiter*

אֲשִׁישׁ *Sed Hos.* 3, 1. Lagenæ *aut* dolia. *Et* אֲשִׁישָׁה Lagena: *gener. femin.* 2 *Sam.* 6. אֲשִׁישׁוֹת. *& Cant.* 2.

[וְהִתְאֹשָׁשׁוּ *Isa.* 46, 8. Sitis fortes, vt fundamenta: *vel,* Estote viri, *ab* איש *sed al.* Sitis rubei vt ignis *q.d.* erubescite.]

אֶשֶׁד Effusio, *vel* decursus aquæ: Decliuitas mōtis *aut* Radix vbi aquæ confluūt.

אֲשֵׁדוֹת & אַשְׁדּוֹת, *Plural. Num.* 21. *Deut.* 3.

אשה *Vnde fit* אָשְׁיָה Fundamētum. *cuius Plural.* אָשְׁיוֹת *Ierem.* 50, 15.

אֶשֶׁךְ *Significat* Testiculum: *vt Leuit.* 21, 19. Attritus

אָשֵׁךְ testiculo. *Hieronymo* Herniosus.

אֵשֶׁל Nomen commune, complectens omnem arborem: *Genes.* 21, 32. *Hieron.* Nemus. *Al.* paradisus.i locus vbi plantantur arbores fructiferæ.

אשם Delinquere, peccare: Reum peragi; Confiteri peccatū: *Leu.* 4,13. [Desolari: *Ps.* 34, 13. *& Ezech.* 6,6. *vt in Niph. Ioel* 1. *Et in Hiphil, Psalmo* 5, 11.

הַאֲשִׁימֵם Desola eos. R. D Delinquere fac eos. *s. in suis consilijs, exponit.*]

אָשֵׁם Delinquens.

אָשָׁם Delictum. Oblatio pro peccato: *Leu.* 5, 6. *Item* cuiusque rei restitutio, *vt puta rapinæ: &c. vt Num.* 5, 7. piaculum.

אַשְׁמָה *Idem: Leu.* 11,

to et huiusmodi quādo reparātur: *Neh 4 Hie.* cicatrix

ארם *A quo fit* אַרְמוֹן AEdes, domus magna, palatium. 1. *Reg.* 16, 17. *Et cum* ה *loco* א, הַרְמוֹנָה *Ha.* 4,3. *Plur. fem* אַרְמְנוֹת. *Radix potest esse* רום *& sic* א *non erit radical.*

אֹרֶן Pinus *Hier. sed aliis* cedrus, *vel* abies: *Is.* 44,14. *Et* nomen propriū viri: 1. *Par.* 2.

אָרוֹן *Mascul. et fem.* Arca, capsa. [*Illud* 2. *Regum* 12,9.

אֲרוֹן אֶחָד Arcam vnius. *s. viri; non* arcam vnam; *est exponēdum, nisi sit alia forma.*]

אֶרֶץ *Masc. & femin.* Terra habitabilis & non habitabilis: [locus humilis: *Ps.* 139, 15. *&* Ezech. 1, 15.] *Cum* ה *in fine loco* ל *aut* על, *vt*

אַרְצָה *Gen.* 24, 51. in, super, *vel* ad terram *significat.*

אֲרָצוֹת & ארצות *in plurali.*

ארש *Vnde fit* אֲרֶשֶׁת *cum puncto in dextro cornu*: *Psal.* 21. Declaratio, apertio, *non est aliud in sacris.*

ארש *In sinistro, idem quod* ארס *in Piel,* Desponsare *Deut.* 20

אֹרָשָׂה *in Pual* Despōsata est, *Deuteronom.* 22, 28.

אש *vnde* אֵשׁ *masc. & fem.* Ignis. *In constructione* ש *habet daghes:* אִשּׁוֹ Ignis eius *&c.*

אִשֶּׁה *Toar,* Ignitum, oblatio: *quod igni cōsumeretur: Exo.* 29

אשש *A quo fit* אָשׁוּשׁ Fundamētum.

אֲשִׁישִׁים *Is.* 16. 17. *idem quod Chaldæis* אֻשַּׁיָּא. Sed

Thr. 1, 9. *&c. Plur. masc.* 1. *Reg.* 10. † אֲרָיִים *Et femin.* אֲרָיוֹת *Ind.* 14,5.

אֲרִיאֵל *& cum* ה *in principio* הַרְאֵל Altare à quo nominatur Ierusalem: *Isa.* 29, 1. *Ezech.* 43, 15. *Item* Magnates, potentes, qui sunt tanquā leones: 2. *Sam.* 23.

אֶרֶז Cedrus: *Leuit.* 14, 4.

אַרְזֵי & אֲרָזִים Cedri.

אַרְזָה Tignum, tabulatum cedrinum. R. D. Domus tecta cedro: *Soph.* 2,4.

אֲרוּזִים Cedri, *Hieron. Ezec.* 27,24. *R. D. exponit* Torques, *sicut* חרוזים *quod tamen postea improbat. Thar.* Ligna myrtina.

ארח Ire, iter facere, ambulare: *Iob* 34,7.

אֹרֵחַ Viator: *Iudic.* 19, 17. *Fit hoc verbum à nomine*

אֹרַח Via, semita: Consuetudo, *vt Gen.* 18. [Viator, *Hieron. Iob* 31, 32.] *Plural.* אֳרָחוֹת. *& in regim.* אָרְחוֹת אֹרְחוֹת אורחות

אֹרְחָה Turma, comitatus: *Genes.* 37.

אֲרֻחָה Viaticum, cibus: prandiū, cōuiuiū: *Ier.* 40. *&* 52.

ארך Differre in longum, prolongare. *In Cal plerumque intransitiuè exponitur: Gen.* 26, 7. *&* Ezech 12,2. *In Hiph.* הֶאֱרִיךְ † Prolongare: *Prouer.* 10,11.

אֹרֶךְ Longitudo: *Exo.* 25. *& cum affix.* אָרְכּוֹ.

אָרֵךְ *Idem: Ier.* 15, 15. *Et adiectiuè* Longus: *Psal.* 86.

אָרוֹךְ Longus: *cuius fem.* אֲרֻכָּה *Iob* 11,7.

אֲרֻכָה *item* Sanitas, medicina: *et metaphoricè dicitur de* mu-

Maledicetur: *Num.* 22, 6.

מְאֵרָה Maledictio: *Deut.* 28, 18. *Hieron.* fames.

אָרַב *In Cal & Piel*, Insidiari: *Deut.* 19, 11. *Iud.* 9, 24. [*Illud autem* 1. *Sam.* 15, 5 *potest esse vel Hiphil*,

וַיָּרֶב Insidiatus est: *vel* Insidiari fecit: *vt Iod ponatur cum cametz loco literæ* א *radical. deficientis. vel Piel pro* וַיְּאָרֵב]

אוֹרֵב *potest esse Benoni, vel Nomen* Insidiæ: *vt Ios.* 8, 7.

אֶרֶב מַאֲרָב Insidiæ: *Iob* 37, 8. *Ps.* 10, 8. [*Illud Isa.* 25. 11.

אָרְבּוֹת *à singulari* אֶרֶב *R. D.* Cum insidiis *exponit*. *vel* Cubitis. *R. Ion.* in multitudine & exuperãtia (locorum eius) *à* רוב]

אֲרֻבָּה Cataracta, *siue* fenestra: *velut* Specula aut foramen ex quo prospicitur. *Hieron.* Fumarium. *Hos.* 13, 3.

אֲרֻבּוֹת *Plur.* † *Gen.* 8, 2.

אָרַג Texere: אֹרֵג Texens, *Iud.* 16. Textor.

אֶרֶג Textoris radius qui est instar nauiculæ: *Iob* 7, 6. *itẽ* lignũ teres, in quo textor circumuoluit pannũ. Iugum textoriũ. *Al.* Clauus telæ: *Iud.* 16, 14.

אָרָה Colligere: decerpere. *Cant.* 5, 1. [*& Isa.* 27, 9. *quanquam hic alij* מְאִירוֹת inflammantes *exponunt, ab* אור.]

אֻרְוָה Præsepe. *cuius plur.* אֻרָוֹת *&* אֻרְיוֹת, *& in regim.* אֻרְיוֹת *de quo in radice* אור.

אֲרִי אַרְיֵה *&* אֲרִיָּה אֲרָיוֹת Leo: *Gen.* 49, 9. *&*

1. *Reg.* 20, 38. *per metathesin à* פאר: *licet Hieron. vbique* puluis *habeat*.

אוֹפִיר Propriũ viri: *Gen.* 10, 25. *A quo &* nomẽ loci vbi aurum abundat & effoditur: 1. *Reg.* 22, 48.

אֵצֶל Apud, iuxta: *& cum affixis* אֶצְלוֹ Apud eum, *&c.* *Hinc verbũ Cal*,

אָצַל Reseruare, relinquere apud se: *Ge.* 27, 35. *In Hiph.*

וַיָּאצֶל Et abstulit, separauit: *Num.* 11, 25. *cũ* א *quiescẽte*. *Niph.* Separari: *Ezech.* 42, 6.

אָצִיל Magnus, maior, honorabilis, nobilis, *quòd sit separatus à plebeio*. *Plur.* *Exo.* 24.

אֲצִילִים. *Feminum* אֲצִילָה Magna, grandis: *Ezech.* 41, 8. *Hier.* spacium. *al.* magnitudo eximia.

אַצִּילוֹת [Cubitus: *Plural. femin.* *Ierem.* 38, 12. *Et mascul.* *Ezech.* 13, 18]

אָצַר Recondere, reponere: 2. *Reg.* 20, 15. *In Hiph. secundum R. D.* *Nehemiæ* 13, 13.

וָאוֹצְרָה Et cõstitui thesaurarios: *pro* וָאוֹצִירָה.

אוֹצָר Thesaurus: *Ios.* 6, 18. *& Mal.* 3, 10. *& in regim.* אוֹצַר *Plur. est femininum Neh.* 13, 13.

אוֹצָרוֹת. *& in regim.* אוֹצְרוֹת

אַקּוֹ Aries, *vel* hircus siluestris: *Deut.* 14, 5. *Hieron.* Tragelaphus.

אָרַר *In Cal*, אָר אָרוֹתִי Maledicere: *Mal.* 2, 2. *Idem in Piel*, *Gen.*

אֵרַר † 5, 28. *In Niph.* (*de quo in* באר)

נֵאָרִים Maledicti: *Malach.* 3. 2. *Pual* יוּאַר

בְּאֶפֶס Tanquam non. בְּאֶפֶס Dum non, Frustra.

מֵי אַפְסַיִם Ezech. 47, 4. Aquæ duorum finium: *aut*, duarum deficientiarum: *vel secundum R. D.* Aquæ defectus.i. deficientes. *Al.* plantarum: *quia Syriacè* פס *est* planta & vola: *quia aquæ non tegebant nisi plantas. Hieron.* Vsque ad talos.

אפע *Vnde* אֶפַע Nihil: *Isa.* 41, 24. *quidam ait y esse pro* מֵאָפֶס Ex nihilo. *D. q. d.* *Al. exponit*, Opus eorum, opus serpētis. *Nam ab hac radice fit*

אֶפְעֶה Species serpentis, qui dicitur suo aspectu venenosus, *nempe* Basiliscus *siue* Regulus, *aut* vipera, *vt vertit Hieron. Isa.* 59, 5.

אפק *In Hithp.* Vim sibi facere, se continere & rèprimere & coërcere: *Genes.* 45, 1. *Isa.* 42, 14.

אָפִיק Fortis, vehemens. Aqua defluens cum vehementia & impetu. Vallis vel fistula per quam decurrit aqua, decursus aquarum: *Iob* 6, 16. *Et in plurali*,

אֲפִיקִים 12, 20. (*vbi Kimh.* Fortes *exponit*) *Ezech.* 32, 6. *Iob* 40, 17. *vbi legitur* Ossa eius

אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה Fistulæ æris.i. vt fistulæ æreæ (*vel* Baculi ærei, *id est* fortia) *Psal.* 18, 16. *Hieron. nunc* Effusiones, riuos, torrentes; *nunc* rupes & conualles *vertit*.

אפר Cinis: *Ier.* 6, 26. אֵפֶר Velamē, tegmen: *I. Reg.*

אפל אֹפֶל אֲפֵלָה מַאֲפֵל *Hinc fit* Caligo, tenebræ densæ: *Ps.* 11, 2. *Exo.* 10, 22. *Iosu.* 24.

אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה *Ierem.* 2, 31. Terra maxime caliginis: *vt sit substantiuum*, יה *vno ex diuinis nominibus adiuncto augendi gratia*: *vel adiectiuum*, Admodum caliginosa. *Q. codices. correcti habent* מַאְפֵּלְיָה.

אָפֵל Caliginosus: *Ham.* 5, 20.

אֲפִילוֹת *Exod.* 9, 31. Caliginosa *.i.* abscondita sub terra, *vel* serotina.

אפן *A quo fit* אֹפֶן, *& in regim.* אֹפֶן Rota: *Exo.* 14, 25. אוֹפַנִּים Rotæ: *Ezech.* 1. *Et Super*

אָפְנָיו (*à singulari* אֹפֶן) rotas eius. *.i. dum residet in suo loco. vel aliter*, Super *vel* secūdū פניו modos suos; *vt* א *sit nosepheth: Prou.* 15, 11.

[אִפּוּנָה Tempore multo, *iuxta R. Ion. qui in Arabico* אפאן Tempus *asserit vocari. Ps.* 88, 15. *quære in* פון.]

אפס Consumi, Deficere: *Gen.* 47, 14.

אֶפֶס Consumptio: Finis, terminus. Non: *Deut.* 32, 36. *Isa.* 5, 8, *&c.* Nihil: 34, 12. Præter: 45, 15. *&* 54, 15. Nisi: *Num.* 13, 29: Veruntamen, sed, tamen.

אַפְסֵי *Plural. regim.* Fines, termini, extrema: *Psal.* 2, 8. *& alibi.* הַאֶפֶס Annon;

secundum D. Hieron. & R. Ion.

אַף Adhuc, amplius: Etiam. [*illud Ps.* 138. אַף עַל (*quanquam quidam aliter sentit*) *est hypallage pro* עַל אַף] *Et sequēte* כִּי (*quod interdum deficit; vt Iob* 4, 19.) Quanto magis.

אַף Nasus: Facies; *quòd huius pars superior sit nasus:* Furor, *quòd in naso conspicitur.*

אַפַּיִם *Dualis*, Facies: Furores. [*Illud autem* 1. *Sam.* 1, 4. Dedit partem vnam אַפָּיִם .i. honorabilem, vt compesceret iras. *Vel in vel* cū furoribus. *Hieron.* Tristis. *Vel* super faciem *s. prostratus, precans pro sua vxore.*]

אֶרֶךְ אַפַּיִם Longus iris. *i.* tardus ad iram: *Ps.* 86, 13.

קְצַר אַפַּיִם Breuis iris. *i.* festinus ad iram: *Pro.* 14, 17. *R. Kimh. deducit hoc nomen ab* אנף *quia daghes in regim.* & *duali ostendit defectum Nun.*

אָפַף *Cal*, Circuire, circundare: *Ps.* 40, 13. *et* 2. *Sam.* 22, 5.

אָפַד *Cal*, Cingere, superinduere. *Exo.* 29, 5. *Leu* 8, 7.

אֵפֹד Cinctum; Pallium super humerale: *Exo.* 28, 4.

אֲפֻדָּה *Idem*: *Exo.* 39, 5. [*Quidam huc illud Dan.* 11, 45. *refert*

אַפַּדְנוֹ Ornamenti sui. *vel* Operimenti pretiosi. *al.* Thalami. *al.* palatij sui. *Vide in* פדן, *nam* א *non est radical.*]

אָפָה Coquere: *Gen.* 19, 3. אֹפֶה Pistor. [*Futur.*

וַתֹּפֵהוּ Et coxit ea. *cum defectu* א: 1 *Sam.* 28.] *Niph. Leu.* 6, 17.

מַאֲפֵה תַנּוּר Coctionem furni: *Leuit.* 2, 4.

תֻּפִינֵי Coctiones: 6, 21. *plur. num. cum defectu* א *primæ radical.*

[& אֹסְפָה Cōgregabo *Leu.* 4, 6. & Auferes: *Psal.* 104, 29.]

תֹּסֵף *Significat* & Deficere, finire. *Niphal*

נֶאֱסַף & *Hithp.* † Con-

הִתְאַסֵּף gregari: *vt Gen.* 25, 8. Colligi ad patres .i. mori. Auferri: *Ier.* 48, 33. *In Piel*

מְאַסֵּף Congregans: *Num* 10. &c. *Pual Ier.* 33, 4. *In Hiphil*

אֹסִיפְךָ Consumam, perdam te: 1. *Sam.* 15, 6.

[אֲסִיפָם & אָסֵף *quære* סוף]

& הָאסַפְסֻף אֹסֶף אֲסֵפָה

אָסִיף Congregatio, collectio: *Isa.* 32, 10. 24, 21. *Exo.* 34, 22. *Nu.* 11, 4.

אֲסֻפּוֹת *ab* אָסוּף & אֲסֻפִּים *ab*

אֲסֻפִּים & אֲסֻפָּה Cōgregatiōes, Cōcilia, collegia: *Mich.* 7, 1. *Eccl.* 12, 11. 1. *Par.* 26, 15.

אָסַר Vincire, ligare, obligare: Accingere: *Num.* 30, 4. & *Neh.* 4, 12.

[אֹסְרִי Ligans: *Gen.* 49, 11. *est Benoni cum Iod redundante; vel est Toar.*

הַסּוּרִים V ĭcti: *cū defectu* א: *Eccl.* 4.]

אֵסוּר Carcer: *Ier.* 37, 14. *Et de hac specie, secundum R. D potest esse illud Iudicum* 15, 14.

אֱסוּרָיו Vincula eius.

אִסָּר & אֱסָר Obligatio: *Num.* 30, 4. *et* 5.

אָסִיר & אַסִּיר Vinctus, in carcere positus: *Ps.* 79, 11. & *Isa.* 24, 22.

אֲסִירִים *in plurali.*

מַאֲסֹרֶת *pro* מָסֹרֶת Vinculum; *Ezech.* 20, 37,

ut detur Domino.

אִשָּׁה *pro* אֲנָשָׁה *ut multis videtur, propter daghes defectum* נ *indicans :* Mulier, vxor.

אִשּׁוֹת *& per Aphæresin* נָשִׁים *&* נְשֵׁי Mulieres, *etc*.

וַיֵּאָנַשׁ I T E M *verbum in Niphal.* Et doluit: 2. *Sam.* 12, 14.

אֱנוֹשׁ *Hinc rectè appellatur* Homo: *quòd omnibus diebus vitæ suæ doleat.*

אָנוּשׁ *Substantiuè & adiectiuè potest accipi*, Dolor, afflictio, contritio, grauitas, & grauis infirmitas: *Ier.* 17, 5. *&* 30, 12. *Item* Fortis, validus: 30, 15. *& sic Iob* 34, 5. *ubi* Infirma, insanabilis, desperata, *etiam exponitur. unde*

אֲנוּשָׁה *Mich.* 1, 8. Valida: *& Ier.* 15, 18 *ubi alij* infirma *aut* insanabilis *vel* desperata *vertunt.* [*Illud Psal.* 69, 21.

וָאָנוּשָׁה Et dolui: *est futur. cum defectu* א *radical. Hieron.* Et desperatus sum. L X X. Et miseriam.]

אָסָם Horreū. *in plurali* אֲסָמִים: *Prouer.* 3, 70. *Deut.* 28, 6. *Hieron* Cellaria.

אָסוֹן *A quo fit* אָסוֹן Mors: *Genes.* 42, 4. Q Infortuniū graue, *vel* Violenta mors.

אָסַף Cōgregare, colligere; *Num.* 11, 34. Auferre, remouere, retrahere, curare, sanare: *Genes.* 30, 21. *Ier.* 16, 5. *Ioel* 2, 20. 2 *Reg* 5, 3. (*& vers.* 11. *sed intrāsitiuè*) Consumere, perdere: *Ier.* 8, 13.

יֶאֱסֹף *Futurum sic inuenias cum* ֱ ֹ *& cum* ֳ ֲ.

[*&*

אֲנָךְ Stannum, perpendiculum stanneum, *vel* plumbeum: *Hieron.* Trulla. *Ham.* 7, 7. *&* 8. *Ab hac radice*

אָנֹכִי *Pronomen* Ego.

אֲנַס *Dictio Chaldais familiaris*, Cogere. *unde Benoni Cal*

אֹנֵס Cogens. *Esther* 1, 8. *& nusquam alibi.*

אָנַף *&* הִתְאַנֵּף *in Cal et Hithp.* Irasci: *Isa.* 12, 1. *et Deu* 1, 32.

אַף *Cum defectu* נ Ira, furor. *de quo vide* אַף. אֲנָפָה Nomen auis, *quā alij* Picam, *alij* Miluum *appellant. Hieron. secutus Græcos*, Charadrium vertit: *Deut.* 14, 18 *Tharg.* איבו.

אָנַק *In Cal & Niph.* Clamare, mugire, *vel* ingemiscere. *idem quod* נאק: *Ezech.* 26, 15.

בֶּאֱנֹק Cùm clamauerit. *&* 24, 17. הֵאָנֵק Clama; *vel potius* à clamādo; *ut subaudiatur* ם. *Hieron.* Ingemisce. [*Interdum* emittere flatum & reducere: *& interdum* emittere *tantùm*, *secundum R. Ion.*]

אֲנָקָה Clamor: *Malach.* 2, 13. [*Item* Genus reptilis, *quòd iugiter clamet sic appellatum. Tharg.* Sanguisuga. *Hieron.* Mygale: *Leuit.* 11, 30.]

אַנְקַת *in regimin.* Clamor: *Psalm.* 79, 11.

אֱנַשׁ *hinc fit* אֱנוֹשׁ Homo: *nomen commune, & interdum particulare.*

אֲנָשִׁים *&* אַנְשֵׁי Homines, viri: 1. *Sam.* 1, 11. *ubi loquitur Anna de viris rectis & aptis, quorum semen rectum est*

unum tã loci quàm tẽporis: 1 Sa. 10,14.& Pſ.139,7.Ioſ 2,5.

אָנָה וְאָנָה Huc & illuc: 1. Reg 2, 41.& 1,5.

עַד אָנָה & עַד־אָן Vſquequo.

אָנָּא vel אָנָּה Obſecrantis & confitentis particula: idem quod † obſecro, נָא quæſo: Gen.50,25.Pſ.116.

אֲנִי & cum camets ſub א cum accentu diſtinguente, Ego, Sum. [In illo Zach.7,5. Nunquid ieiunãdo ieiunaſtis mihi, אֲנִי .i.ego? ſubauditur præcepi? vt ſit ſenſus, Nunquid ego præcepi vobis vt ieiunaretis?]

אֲנַחְנוּ Nos, ſumus.

אָנָה In Cal, Mærere, triſtari, lugere: Iſa.3,26. &c. [In Piel Occaſionem præbere, Cauſare, In cauſa eſſe: Exod.21,13. Pual Prouerb. 12,21. fortuitò occurrere. Hith Occaſionem quærere: 2.Reg 5.7.]

תַּאֲנִיָּה אֲנִיָּה Mæror, luctus: Iſa.29,2.

[תֹּאֲנָה תַּאֲנָה] Occaſio: Iud. 14, 4: & Ier.2, 24 ſed hic Hieron. Amor exponit.]

אֳנִי & אֳנִיָּה Nauis: 1. Reg. 10, 10. & Prouerb. 36, 19. in plural. אֳנִיּוֹת.

אָנַח Non inuenitur niſi in Niph. נֶאֱנַח Gemere, ſuſpirare: Iſaia 24, 7. Thren.1,8.

אֲנָחָה Gemitus, ſuſpiriũ: Iſa.35,10. et in regi. אַנְחַת.

אֲנַחְנוּ Nos: vt ſupr & cum defectu א ſæpe venit, נַחְנוּ vt Gen 42,10.

אנך

titudo: Ier.46,25. & 52,15.

אָמָּן Opifex, artifex excellẽs: Cant.7,2.

אָמַץ In Cal, Fortem, robuſtũ eſſe: Ioſ.1. & Hithp. 2.Par.10, 18. Fortificare, roborare, in Piel & Hiphil. Deut.2, 31. Pſal 31,26.

אַמִּיץ Fortis: Iſa.40.

אֹמֶץ מַאֲמָץ Robur, fortitudo: Iob 17,& 36.

אֲמֻצִּים Zach.6,3. Rufi. alij, Cinericij.

אָמַר In Cal, Dixit: Cogitauit, putauit, quãdo dicitur de corde. [Iſa 3, 9. quidam אִמְרוּ Exaltate, exponunt.] Futurum אֹמַר & ſine א inuenitur יֹמְרוּךָ dicent tibi: Pſalm.139,20. & 2. Sam. 19, 12.

תֹּמְרוּ Dicetis. נֶאֱמַר Niph. Dictum eſt: Dan. 8. In Hiph. Exaltare, magnificare, prædicare: Deut. 26,17. ſic verſ.18. ſecundum quoſdam. In Hithp. Exaltari, ſe exaltare: Pſalm.94,4. תִּתְיַמָּרוּ & Iſa. 16, 6. † Iactabitis vos, vbi Iod loco Aleph ponitur. Hieron. Superbietis.

אֹמֶר אִמְרָה מַאֲמָר Sermo, oratio, eloquiũ, verbũ: Pſal.68, 12,105,19. & Eſther 1,15.

& אֲמָרִים & אִמְרוֹ Idem unde אֵמֶר

אִמְרֵי &c. Prouer.22, 21. & Iob 20,29. &c.

אָמִיר Ramus excelſus: Iſa. decimo ſeptimo capite.

אֶמֶשׁ Nox præterita. Hieron. Heri: Gen.19, 34.

אָן & אָנָה & אָנָה Quò? quæſitiu-

האמין eo.] *In Hiph.* † Credidit, ssus est: *Gen.* 45. *&c. Niph.*
נאמן Firmũ, stabilem, fidelem & fortẽ esse: 2.*Sam.* 7,16. [Educari: *Isaia* 60,4.
תאמנה Educabuntur. *cũ camets sub* מ, *quod æquipollet patach et daghes quod in* נ *esse debuerat: vel est singular. cum* ה *paragogico.*]
נאמן Fidelis, stabilis, firmus, verax, perseuerans. [*Illud Iob* 12, 20. *R. David*
לנאמנים Oratores: *exponit, à* נאם *.i.* dicere, loqui] נאמני *in reg. plural.*
אמונים *Psal.* 31,23. Fideles, veraces. *Et substantiuè,* Veritates, fidelitates: *Prou.* 20,6.
אמונה Veritas, fides, firmitas: *Exod.* 17,12.
אמון *vel* אמן *Idem. Al.* Educatio: *Deut.* 32,22.
אמן Firmitas, Firmum: *Isa.* 25, 1. *vbi intelligitur* ו *coniunctio.*
אמתו Veritas. אמנת *pro* אמת Veritas eius. *&c.*
אמן Verè, veritas: *Nu.* 5. אמנם אמנם
אמנה Verè: *Genes.* 18,13. *&* 20, 12. *Isa.* 37,18.
אמנה Firmitas, perseuerantia: *Neh.* 11,22 *Hieron.* Ordo, *vbi potest etiam verti,* Constitutum .i. Demensum, cibus constitutus. [*Item* nomen fluuij: 2. *Reg.* 5,12. *quanquã al'ij codic. habent* אבנה. Nomen montis: *Cant.* 4,8.]
אומנות Columnæ; *quòd adificium sustineãt, sic dicta: Hieron.* laminæ: 2. *Reg.* 18,16.
אמון Nutritus, alumnus. *al.* pædagogus: *Pro.* 8,3. *Et quia* א *et* ה *sunt literæ permutabiles,* Multitudo

Ciuitas magna, metropolis: 2. *Sam.* 20, 19. *& cum*
אמו *affix.* † Mater eius: *vt Cant.* 3,11. *vbi*
אמתו *pro* אמו *capitur* .i. gens eius, *secundũ R. Dav.*
אמות *in plurali.* אמה Familia: *Numeri* 25,15.
אמות *in plurali.* אום Gens: *cuius plural.*
אמים לאמים. אמה Cubitus: *Genes.* 6.
אמתים Duo cubiti: *&* אמות Cubiti. [*Itẽ* Postes *vel* Frõtes *seu* superliminaria: *Is.* 6,4. *Secũdũ R. D.*
אמה Ancilla. ה *est signum femin. caditq́ radicale.* [*Quidã Exo.* 2, 5. *legũt* מ *cũ daghes, &* cubitũ *vel* brachiũ *interpretantur.*]
אמהות *&* אמהות *in plur.*
אמל *A quo* אמולה Infirmus, imbecillis, debilis: *Ezech.* 16 *& cum*
אמללים *gemino* ל † Imbecilles: *Neh.* 4,2.
אמלל *Nomen Toar ex Pual si est cum camets,* Infirmus. *Præteritum, si cũ pathah,* Infirmari, succidi: *Ioel* 1, 10. *Thren.* 2, 8. *&c. Hieron.* Dissipari, emarcescere.
אמן [*In Cal* Educare. *vnde* אמן Nutriẽs, nutricius, educator: *Num.* 11.12.
אמנים *in plur.* 2. *Reg* 10, 1. אמנת Nutrix: *Ruth* 4,15.
אמנתו Nutrix eius: 2. *Sam.* 4, 6.
אמונים Educati: *Thr.* 4. 5. *& in Macor secundum quosdam* באמנה אתו Quãdo nutriebatur cum

אַלְפַּיִם Duo millia. אַלְפֵּי. & in regim.

הָאֶלֶף Iosf.18,28. à quibusdam Magnus, exponitur. sed R.D dicit esse nomen vrbis propriũ.

אַלּוּף Princeps, dux, dominus, magnus: Gen.36,&c. Item Bos: Psal.144,14. (sed in plurali) & Ierem.11,19. licet hic posit, magnus, vel dux exponi.

אַלּוּפִים Duces. מַאֲלִיפוֹת Particip. Hiph. Ps. 144,13. Parientes millenos, siue millia.

אָלַף in Cal, Discere. In Piel Docere: Iob 33,32. & 35,10.

מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ cum defectu א.

חַלְפִּיּוֹת Cum defectu א: Cantic.4,4. Documenta in turribus. Hieron. Propugnacula; quòd turris alta doceat transeuntes vias. vide etiam הלל.

אָלַץ Semel tantùm in Piel legitur, Molestare, opprimere: vt

וַתְּאַלְצֵהוּ Et molestaret eum, &c. Iud.16,16.

אִם Si: & cum לא Nisi: & si præponatur כי, Sed, nisi. Nunquid, vel num, an, vtrum, vt Exo.17,7.&c. Quãdo, quum: Gen 38,9. &c. Ponitur & vice אֲשֶׁר: vt עַד אִם Donec: Gen.24,32. sic Ezec. 20,38. Verè: Psal 59,16. Iob 22,20. Iurantis particula, Sit sic & sic, si fecero hoc: vt Psal.89,34.

אֵם Mater. [illud Ierem.15,8. Tharg. cœtũ vertit.] Mediũ viæ: quòd respiciant ad ipsum hinc inde viæ tãquã ad matrẽ: Hieron. Biuiũ. vt Eze 21,26. Ciuitas

ædes, palatia: iuxta R. Ion. qui dicit ל poni vice ר pro [אַרְמְנוֹת]

אַלְמוֹן אַלְמָנוּת Viduitas: Gen. 38,18. Isa.47,9.

אַלְמָן Viduus aut viduatus: Ierem. 51,5.

אַלְמוֹנִי Is, cuius nomẽ reticetur: talis. vt is cuius nomen est occultum פְּלֹנִי Ruth 4,1 & 2.Reg.6,7.

פַּלְמוֹנִי Dictio composita ex vtraque: Dan.8,13. idem.

אוּלָם Profectò, verè, veruntamen: Genes.28,19. Porticus, vestibulum, testudo, fornix: 1.Reg.6,3. & 7,8.

אֻלָם vbi legitur cum ׃ & Ezec.40,39. אֵלָם.

אֵילָם & אֵילָמָּה Vestibulũ. Plural.

אֵילַמּוֹת Vestibula siue Deambulatoria fornicata, & masc. cũ affix. † Ezech.40.

אֵילַמָּו [illud Psal 73,4. כְּאוּלָם Sicut ædes aut palatium, quidam exponit. R. D. Fortitudo eorum Hieron. Firma sunt vestibula eorum.]

אַלּוֹן Siue אֵילוֹן, requiro in אל.

אַלּוֹן Pinus, nonnullis. Tharg. Castanea arbor. Hieron. Quercus. Plurale אַלּוֹנִים Ham.2.

אֶלֶף Mille. [אַלְפִּי Familia mea, quibusdam; eo quòd in familia millia. i multi vel mille sint: Iud.16,15. aliis verò, Pater meus: quia pater est dux filiorum vel familiæ.]

[Item אֶלֶף Bos.]

אֲלָפִים Mille. [Boues: Psal.8,6.]

עַל Super: Ier 4,3. 49, 20. & 50, 18. Propter: Gen. 20. 2. vel super, vt alij exponunt.
עִם Cum: 49,28. Et loco ב i. In, inter. ibid. 29. & cum: 2. Sam 18,27. Et vice את notæ casus accusandi: Iud. 7,25. &
אֶל־חוֹק Ps. 2,7. quanquã hic † Dei præceptum exponunt.
אֱלֵי Apud: Iob 29, 17. Coniungitur cum pronominibus: vt אֲלֵיהֶם & Ad eũ. אֵלָיו Ad te. אֵלֶיךָ Ad eos. אֲלֵימוֹ
אֵל Fortis, Deus, Vide supra אול.
אֱלוֹהַּ Deus, Habac. 1. & 3. In plur. אֱלֹהִים Deus, Dij: iudices, Exod. 21, 6. & 22, 26. Angeli: Psal. 82, 2. & 138, 1. secundum R. Abr. (sed R D. iudices) sic 8, 6. vbi Hieron. Deũ vertit.
אלח Per metathesin, quasi חלא. tantum in Niph. inuenitur
נֶאֱלַח Iob 15. & Psal. 14. Fætere, putrescere.
אלם [In Piel אִלֵּם Ligare manipulos: Genes. 37,7.] Niph. † Obmutescere:
נֶאֱלַם Isa. 53,7. Ps. 31, 20.
[אֲלֻמָּה Manipulus, fasciculus. Plurale habet formam masc. & fem Gen. 37.]
אֵלֶם Congregatio, multitudo: Psal. 58, 2. secundum aliquos. sed al. Mutus: vt illud 56, 1. quod R. Ion. palatium exponit.
אִלֵּם Mutus: Psalm. 38, 18. Plur. אִלְּמִים Isa 56, 10.
אַלְמָנָה Vidua: sic appellata quòd viro mortuo non valeat loqui & litigare: Gen. 38. &c. Plurale
אַלְמָנוֹת [Isa. 13, 21. & Ezec. 19, 7. ædes.

Vlulare: & alterum esse affixum primæ personæ.
אֱלוּל Mensis Augustus: Neh. 6, 15.
אלה Cal, Iurauit, adiurauit, maledixit: Iud. 17, 1. [Lamẽtari, plãgere: vt Ioel 1, 8.
אֱלִי Lamentare, &c.]
Hiphil. 1. Reg 8, 31.
לְהַאֲלֹתוֹ Vt iurare faciat eum. אָלָה Iuramentum, adiuratio: Genes. 26, 28. Execratio, maledi-
תַּאֲלָה ctio: Psal. 10, 7. Et cum ת in principio Thr. 3, 64 vbi Hieron. habet laborem tuum.
אָלוֹת Iuramenta: Numeri 5, 22.
אַלְיָה Cauda: Leuit. 7, 3. י est loco ה radicalis.
אֵלָה & אַלָּה Genus arboris. siue, Arbor, simpliciter. Q. Vlmus. Tharg. nunc Castaneam, nunc arborem: Hieron. nũc Quercũ, nũc Terebinthũ vertunt: alij Ilex. Iosu. 1,3. 24, 26. Plur masc.
אֵלִים Isa. 1, 24.
אוּלַי Ne forsan, si forte. Genes. 27, 12. [Nomen loci: Dan. 8, 12.]
אֵלֶּה & interdum sine ה אֵל vt Gen. 26, 3. 1 Par. 20, 8. Isti, istæ: hi, hæ.
אֶל Ad. [In illo lete, 51, 3 אֶל־יִדְרֹךְ subauditur qui ac si d. Ad trahentem qui trahat &c Al. ad eam s. Babel. Tharg. לא non, ne (vt Hier) quanquam nõnulli cod. ipsius Tharg. habẽt
לָהּ i ad eam.] A, ab, de. Genes. 41, 53, nisi sic construas: Venerunt ad Ioseph vt emerent, &c sic 1 Reg 8, 30. &c.
Inuenitur etiam interdum loco

מַאֲכֶלֶת *Idem: Isa.* 9,5 & מַכֹּלֶת 1.*Reg.* 5, 11.

מַאֲכֶלֶת Gladius, culter: *à consumendo sic appellatus: Iudic.* 19.20.

מַאֲכָלוֹת Cultri: *Prou.* 30,14.

אָכֵן Certè, verè: *Genes.*28. 16.

אָכַף *In Cal,* Incuruauit, flexit: *idē quod* כפף *Prou.* 16,26.

אַכְפִּי *Illud autem Iob* 33, 7. *idem est quod* כפי Manus mea: *Hieron*. Eloquentia mea. א *non est radicalis.*

אִכָּר Agricola: *Ham.* 5, 16. *vbi sententiam sic construes:* Et scientes lamentū, ad planctum vocabunt.

אִכָּרִים *Plur. Ioel* 1, 11. *Dicitur à* בר Ager: *secundum R. D.*

אַל Non, ne: deprecãtis *& sapius* prohibẽtis particula, *secundum R. D.* [nihilum: *Iob* 24, 25. Quò: 1.*Sam.* 27,10. *vbi* ל *ponitur pro* ן: *vel erit pro* על, *vt* מי *subaudiatur. ac si d.* Super quem. *vel vt Hieron.* Contra quem, *&c. Quidam interrogatiuè per* ànne, *exponit. Item* 2.*Sam.*13, 16. *ponitur pro* על *quanquam multi codic.* על *habent: tamen R.D.* Ne, *exponit.*] *Inuenitur composita cum* קום Surgere: *Prou.* 30, 31. † *q d* Cùm non

אַלְקוּם surrexerit, *&c. Hieron.* Nèq. est rex qui resistat ei.

אֱלֹהַּ † *vide* אלה.

אִלּוּ Si: *Esth.* 7,4.

אֱלִיל *vnde* אֱלִיל Vanum, nihil, inutile: idolū: *Iob* 13,4. *Plur.* † *Leuit.*26,1.

אֱלִילִים

אַלְלַי Væ: *Iob* 10,15. *Quidam scribit* א *esse vice Iod prioris, à* ילל Vlulare:

14, 27. *Psalm.* 74,5.

אֵיתָנִים Fortes: *Iob* 12,18. *&c. Hinc mensis* אֵיתָנִים Septẽber: 1.*Reg.*8,2. mẽsis septimus תשרי *eò quòd nati sint in eo fortes mundi, vel, vt aliis placet, fortissima, scilicet fundamenta. vel propter solemnitates honorabiles & fortes.i. celebres quæ erant in eo. Vel propter fructus qui in eo colliguntur: fructibus enim cor hominū confirmatur.*

שַׁעַר הָאִיתוֹן Porta media: *Ezec.* 40, 15. *Vel erit* Ingressus, *quòd in ipsa porta congregarentur ingressuri atrium: vt radix sit* אתה Venire.

אֵיתָן *D. Kimch. dicit Nun in* † *esse radical. &* י *redundare.*

אַךְ Tãtùm: *Gen.* 18, 34. Sed, veruntamen, *Leu.* 23. Profectò, certè: *Genes.*29,14. *Psalm.*73,12. [Forsan: *Gen.*44,28.] *Coniungitur & cum* רק *ad magis diminuendum: Num.*13, 2.

אֲבָל

הֲרַק אַךְ Num tantùm tantùm, tantũmodo, dũtaxat, *etc.*

אָכַל Edere, vesci: Consumere, excidere. *& in Quadrata coniugat.* תְּאָכְלֵהוּ *vnde,* אוֹכֵל Consumet eum: *Iob* 20.

הֶאֱכִיל *Inuenitur Hiphil* † Edere fecit. *Niph. & Pual.* [*Futurum Cal inuenitur Ezec.* 42,5. *cum* ו *vice* א וְיֹכְלוּ *& Infinit. Hiph. cū defectu* א 21, 33. † ad consu-

לְהַכִיל mendum.]

אֲכִילָה מַאֲכָל אוֹכֶל Cibus, esca: *quibus annumerãt nõnulli illud Hos* 11, 5.† *licet poßit esse futurū Hiph.*

אוֹכִיל

אֵיפֹה אֵיפֹא אֵיפוֹ אֵפוֹ Vbi? Gen. 27,32. Iob 38,4 & 9, 24. [Qualiter, quales. i. cuius formæ: *Iud.* 8,18.] Nunc: *Isa.* 22,1 *dictio est composita ex* אֵי & פֹה.

אִישׁ Vir, maritus, quisque, quilibet. [*& sæpe de vniuersitate dicitur, vt Iud.* 15, 15. mille virum, *pro* viros.]

In plu. אֲנָשִׁים & אִישִׁים *sed hoc est ab* אנוש.

אִשָּׁה Mulier, vxor. *In regimin.* אֵשֶׁת *quod interdum ponitur vice absoluti. & cum affix.* אִשְׁתְּךָ & אִשְׁתּוֹ.

אִישׁ *Nomine in plur.* נָשִׁים & אִשּׁוֹת *quoque appellantur* magni, & duces: *vt* vir belli. *i.* magnus bello, auctor belli: *vel* militię peritus. *Exo.* 15. 3. & *Iud.* 7, 17. & *alibi.* [*Extat sine Iod* 2. *Sam.* 14,19. & *Mich.* 6,10. *vbi Tharg. exponit ac si esset* † וְשׁ Si est, num est. *quidam* Ignis.]

